



240  
v. 3.

XI. II = Q.

41  
(Cav. 54. 55)


x. 24

240  
v. 3.

6

x. 4





CELEBERRIMAE  
ACADEMIAE  
PATRIA E  
SECVNDVM IVBILAEVM  
OBSERVANTISSIME GRATVLATVR

---

SIMVLQVE  
PANEGYRICVM  
DOCTORI POMERANO  
FACIENDVM  
INDICIT

IOAN. ACHAT. FELIX BIELKE, IENENSIS.

PHILOS. D. ILLVSTR. COLLEGII GROENING. RECTOR.

ET PROFESSOR REGIVS.

SOCIETATIBVS DVCALI IENENSI, REGIAE REGIMONTANAЕ  
ET REGIAE GRYPHISWALDENSI, DE OMNI ERUDITIONIS  
GENERE OPTIME MERENTIBVS, ADSCRIPTVS.

---

STARGARDIAE, MDCCCLVIII.



## C. D.

Quamquam vero ea rerum externarum ratio esse videatur, ut omnia sursum ac deorsum eant, rotunda misceantur quadratis sapientem tamen et in his inesse nexum, neque omnino quidquam temere et cœco quodam fieri casu, ab iis, qui cuncta a nutu diuino pendere, cœlestique subefle numini, credunt, in dubium vocari prorsus nequit. De minimis, si quæ sunt aequæ, atque de maximis idem iudicium ferendum est, salua quidem sartaque huius mundi contingentia, et in primis libertate ea, vnde omnis imputatio, laus, vituperium, præmium, pœna proficiuntur.

Quæ cum ita sint, fieri non potest, quin quoties noui euentus exsistunt, ii non solum attentionem nostram prouocent, verum etiam omnia ista, quæ antecedunt eosdem, comitantur, consequuntur. Justum quotquot litteris scientiarumque studiis pretium statuere didicerunt, quantum sit Academiis illustrioribusq; scholis ad concelebrandam prouidi numinis gloriam tribuendum, haud aegre perspicient. Ego vero numquam in eorum castris pugnabo, qui, nescio quam, ~~κανεγηλιαν~~ christianorum in constituendis Academiis inuenisse sibi visi sunt. Equidem in papatu plura huiusmodi quid prudentia occurrere, nemo rerum gnarus diffitebitur: absit tamen, ut inde Academiarum ortum repetamus in orbe christiano florentium. Cui

a

enim


enim instituto ipsa ratio patrocinatur & sacræ pandetæ fauent, de eo quidem nil, nisi profanum vulgus tam abiecit sentiet, tam præpostere iudicabit. Neque pontificum romanorum callida, quam in ciuitatibus scholasticis ornandis prosuerunt, cura caussæ nostræ aduersatur. Fatendum enim est cum s. r. HEV-MANNO (a) cum papatus studiis sapientiæ olim attulerit interitum, eumdem postea, condendo academias, vitam reddidisse iisdem studiis & vigorem incredibilem. Nec profecto eruditio sacra, LVTHERO duce, triumphare potuisse, certe non diu triumphatura fuisse videtur, nisi nutrices naæta esset academias. Videlicet

*Ludit in humanis diuina potentia rebus.*

Sed quorsum hæc? Qum quippe hoc anno alterum academiæ patriæ iubilæum, quod felix faustumque deuster optimus maximus esse iubeat, in orbem redeat, quod a nostro in his terris pomeranicis officio abhorreat, suscipere non putamus, si, memoriam *municipientissimi ill. Collegii nostri conditoris* grata recolentes, simul pietatis nostræ gratique animi monumentum statuamus, in primis quod non pauci quorum merita Salanam nostram eiusque omnis eruditioñis professores concelebrant, illustrant adhuc Pomeraniam. Reuocabitur autem omnis tractatio nostra, cœlestis prouidentiæ testimonia vbiuis productura, ad duo capita, cuius *PRIUS memorabilia eorum temporum, quibus Jenæ Gymnasium, et deinde Academia florere coepit: POSTERIUS vero Professorum Jenensum extantiora de philosophia pariter atque theologia merita, velut in compendio exhibebit.*

---

(a) vid. *Consp. reip. litt. cap. IV. §. 40. p. m. 112.*



## CAPVT I.

SISTENS MEMORABILIA EORVM TEMPO-  
RVM, QUIBVIS JENÆ GYMNASIUM ET  
DEINCEPS ACADEMIA CONDI  
COEPIIT.

## SECTIO I.

MEMORABILIA EORVM TEMPORVM, QVIBUS  
JENAE GYMNASIUM FUNDATUM EST.

### §. I.

**E**quidem quam turbulentia res humanas tempora af-  
flixerint ante, quam Jenae musarum artiumque li-  
beralium domicilium conderetur, historiarum an-  
nales loquuntur satis superque. Infelix istud bel-  
lum Smalcaldicum, nisi notum omnibus esset, in-  
primis nobis commemorandum esset. At sufficiat heic re-  
uocasse saltem in memoriam, quod fini nostro, hoc est, pro-  
videntiae diuinae praedicandae, maxime contentaneum est.  
Nimirum vix post tot exantatos labores beatam animam  
patri coelesti reddiderat b. D. MART. LVTHERVS, quum  
bellum exardesceret, cuius exitus hic erat, ut constantissimus  
princeps JOANNES FRIDERICVS vna cum libertate di-

gnitate electorali ab imperatore CAROLO V. exueretur adeoque etiam Vitemberga, cui in primis propter Academiam ibi florentem, elector fauebat, in ditionem MAVRITII transiret. (a) Tristi huic iacturae Jenensis schola suos debet natales, contigitque, ut, prouido deo, ex insigni malo insigne bonum eliceretur. Teste enim CASP. SAGITTARIO, (b) captiuus Princeps JONNES FRIDERICUS ad aliud religionis bonarumque artium asylum, suasu praecipue GREGORII PONTANI, (c) Cancellarii sui, & NICOLAI AMSDORFI, (d) Jenam nostram, amoenitate loci aerisque salubritate commendabilem consecrauit, et, ut Serenissimi filii, laudati oppidi coenobium Paullinum Auditoriis futurae Universitatis publice dedicaret, statim primo captiuitatis anno, paterne eosdem monuit. Qui per omnia parentis Voluntati obtemperantes, absque mora conuocarunt viros eruditos, atque in sequenti anno MDXLIX. die xix. Martii Gymnasium solemniter introduxerunt.

(a) vid. JOANN. SLEIDAN. commentar. libr. xx. p. m. 576. sq.

(b) hist. JOANN. FRIDERICI I. elect. §. 23. p. 44. sq.

(c) Hinc b. M. ADR. BEIERVS in nomenclatore Pofess. Juris:  
Huius (Pontani) consilio nostri fundamina ludi  
Abiens Elector Jan Friderice locas,

Tandem aulae valedicent Pontanus, Jenam se contulit, munere professorio in Gymnasio ibidem recens fundato perfunctus est. conf. JOANN. ABRAH. WIMMERI vita Gregor. Pontani. Altenb. 1730. p. 237.

(d) de AMSDORFI vid. Scriptores apud WIMMER. l. c. p. 238 Egregia prorsus eius elogia ad fert CHRISTIAN. FRANC. PAVLLINVS disquisit. curiosa, an mors naturalis plerumque sit substantia verminosa. p. 174.

## S. II.

Neque pacatior ciuitatis christiana status erat, quum nouum Jenae existeret Gymnasium. Nam anno MDXLV. concilio, quod male minabatur bonaे protestantium causæ, Tridenti Bononiæ a Pontifice translato, ad tempus obmutuere

tuere oracula fulminantia. Nimis huius translationis is  
 erat finis, ut Caesari aegre faceret PAVLLVS III. Pontifex  
 romanus, suspicatus, Petrum Aloysium, filium suum spurium,  
 Parmae & Placentiae ducem, Pallavicini aliorumque insidii  
 CAROLI V. iussu necatum esse. Quot ac quantos haec res  
 motus dederit, pluribus JOANN. SLEIDANVS autem aueruit.  
 Certe Caesar desperabundus de concilio, quo religionis dis-  
 cordiae tollerentur, aliam, ad eumdem finem obtainendum,  
 viam iniit, multo tamen spinosiorum, vnde non mirum est,  
 voti sui haud damnari potuisse sollicitum de tranquillanda  
 Germatia imperatorem. Namque publicae religionis nor-  
 mam eamque valde ambiguam componi jussit, quam, sub  
 titulo *Interim*, in comitiis Augustanis proposuit, & paullo  
 post legis instar omnibus promulgari curauit. Orationem  
 Imperatoris, qua hunc librum, qui maximas, praeter eius  
 opinionem, turbas excitauit, commendatum iuit, lege sis  
 apud JOANN. SLEIDANVM, (a) ipsam vero foetus histori-  
 am exhibit M. JOANN. ERDMAN. BIECKIVS. (b) Nobis quidem satis est, hoc loco laudasse in reiiciendo hoc li-  
 bello JOANN. FRIDERICI, electoris tum captiui, eiusque  
 filiorum principum constantiam. Quod enim ad illum per-  
 tinet, CAROLVS V. per Granuellanum & Atrebatensem  
 episcopum ducem captiuum vrgebat, vt decreto pareret, &  
 editi libri doctrinam sequeretur. Et quamquam pollicita-  
 tionibus animum eius tentabant, & spem aliquam libertatis  
 ostendebant; constans ille tamen in sententia permanxit, &  
 superiori, inquit, anno, „quando conditiones mihi Caesar  
 „tulit, haec etiam perscripta fuit, vt & ipsius concilii de re-  
 „ligione decreta futura probarem. Quum autem intellige-  
 „ret, me nullius periculi terrore, vel metu posse induci, vt  
 „adsentirer, conditionem illam remisit, neque de religione  
 „quiequam deinde mecum egit. Quod maximi certe be-  
 „nificii loco tunc habui, & hoc velut onere grauissimo sub-  
 „leuatus, reliquas omnes conditiones, quibus de mea per-  
 ni (c)

„sona, deque fortunis omnibus pro suo arbitratu Caesar sta-  
„tuebat, eo facilius & aequiori animo tuli, sperans, futu-  
„rum, vt religio mihi mea deinceps permitteretur libera.  
„Nunc autem quando rursus me vrget, & mandat, vt de-  
„creto facto subscribam, equidem profiteor, me iam inde  
„ab adolescentia sic institutum, ac deinde sacrorum librorum  
„lectione sic esse confirmatum, vt hanc doctrinam plane  
„conuenire cum prophetarum & apostolorum scriptis, nec  
„vlli erroris conuinci posse, iudicem. Hac nimurum de  
„caussa & parens meus & ego, nonnullique alii principes  
„eius doctrinae confessionem scripto comprehensam exhi-  
„buimus olim, & legitimo permisimus concilio. Quum er-  
„go hac sui verbi cognitione me deus illustrarit, non mihi  
„licet ab agnita veritate discedere, nisi aeternum exitium  
„mihi conciliare velim. (c)

„De filiis autem electoris beatissimi ita habet SLEIDA.  
„NVS: Legatum Caesar ad Noribergenses & quosdam  
„alios miserat, qui decretum factum eis persuaderet. Cum  
„is in ea profectione venisset ad Saxoniae ducis captiu filios,  
„idem egit; sed illi constanter negabant. Ad Caefarem  
„ergo reuersus, rem omnem exponit. Itaque captiuum  
„principem Caesar denuo sollicitat, deque filiis queritur,  
„quod & decretum nuper factum repudient, & illud oppu-  
„gnari tum scriptis, tum concionibus permittant. Petit igi-  
„tur, agat cum illis, vt de vtroque sibi satisfiant. Ad haec  
„ille: quamobrem editi libri doctrinam ipse non probet, nu-  
„per se demonstrasse Granuellano & Attribateni. Quod  
„cum ita sit, non posse filiis esse autorem, quod ipse, pacata  
„conscientia, facere nequeat, hoc illi faciant. Orare se plu-  
„rimum, vt boni consulat, & se suosque liberos tueatur.  
Haec illus constantia, addit Sleidanus, & in rebus aduersis  
animi fortitudo singularis, magnum ei conciliauit amorem  
passim apud omnes. (d)

(a) libr. xx, p. m, 580.

(b) In

- (b) In dem dreifachen Interim Lips. 1721. Auctores tristis  
huius foetus, quem aequo pontifex rom. atque protestan-  
tes auerſabantur, erant JVL PFLUGIUS, episc Numburg.  
MICH. SIDONIVS, episc. Merseburg. & JOANN. ille  
AGRICOLA, Iſlebius, conf. b. JO. FR. BVDDEVS ifag.  
in vniuers. theol. I. II. c. 2. ad §. 8. p. 437. sq. JOACH.  
MVSÆVS prælect. in epit. form. conc. proleg theſ. IV.  
p. 2. sq. S. R. JO. GE. WALCHIVS in den Relig Strei-  
tigkeiten der euangel. Luth. Kirche. P. I. c. 2. §. II.  
p. 115 -- 140.
- (c) I. xx. p. 583.
- (d) I. xxr. p. 591.

### §. III.

Sic ergo ecclesiae noſtræ ratione comparata Gymna-  
ſium Jenae exiſtere coepit, nullum ſane aliud in finem, niſi  
ut eſſet propugnaculum veritatis, qua antiquius, qua diu-  
nius, qua carius nihil umquam coelitus naecti ſunt purioris  
euangelii profeffores. Et profecto vix villa ſchola, quae e-  
iusmodi aufpicio gloriari poſſit, floruit poſt hominum me-  
moriā, talpaque coecior ſit & impius, qui ſingularem  
circa ea prouidentiam coeleſtem non videat, admiretur,  
concelebret.

### §. IV.

Bene multa vero licet ſint notatu dignissima, quae ab  
anno conditi Gymnaſii Jenensis, vsque ad annum, quo uni-  
verſitatis priuilegia ab Imperatore Ferdinando eidem tri-  
buta, accepimus, in Germania geſta; nihil tamen obſtat,  
quo minus potiora breuibus complectamur. Veretur pri-  
mitum oratio noſtra in rebus politicis; deinde procedat ad  
eccleſiaſtica. In ſcenam igitur prodeat nouus Saxoniae E-  
lektor MAVRITIVS, qui MDXLVIII. d. xxiv. Febr. ſpe-  
ſante JOANNE FRIDERICO, Septemuiratus dignitatem  
a Caefare impetraverat.(a) Ut quippe ille ſocerum ſuum  
Landgrauium Hassiacum carceribus, quibus per aliquot  
annos,

annos, quo iure; non definio, vexabatur, liberaret, arma tandem capessiuit, quorum is fuit successus, vt maxima celeritate, tumultuarie Oeniponte discederet Caesar cum Ferdinandu fratre, & per alpes Villacum, illud plus ultra Caroli, deflecteret. Ne ergo hostis ad suam laudem referret Joannis Friderici magnanimi, iam toto quinquennio captiui, libertatem, iam paullo ante, quam in fugam se daret Imperator, eum dimiserat. Insequebatur pacificatio Passauensis, & paullo post demum custodia liberatus est penitus Landgravius, quarta scil. Sept. die MDLII. Ipsis calendis dicti mensis Caesar Augusta discesserat & polixe de sua benevolentia pollicitus, Joannem Fridericum, qui etiam iam liber eum, quocunque iret, comitabatur, a se dimisit, quo facto postridie domum versus profectus est. (b) Sic aliud quasi agendo Mauritus Joannis Friderici, cuius dignitati & prouincii inhibauerat, non sine exoptato euentu, factus est liberator, qui & paullo post anno MDLIII. in proelio cum Alberto Brandenburgico, victor licet, tormento manuario traiectus ad ilia, biduo post animam posuit. (c) Mortuo Mauritio Joannes Fridericus ex filiis alterum Joannem Guilielmum, vt sua repeteret, misit ad Caesarem in Belgium, qui nihil, quo, quae insidiis amiserat, sibi restituerentur, non egit; sed spe excidit.

(a) SLEJDAN. libr. xx. p. 577.

(b) Jubila Jenae aliorumque oppidorum ob hunc redditum legi in Joh. Mich. VVeichsfelders Leben Joh. Fridr. des Grossmuthigen. p. 861. sqq.

(c) id. I. xxv. p. 93.

### §. V.

MDLIV. die xxi. Februarii SIBYLLA Cliuensis, Joannis Friderici coniux mortalitatem posuit Vinariae & undecimo post eam die, princeps ipse, quum aliquando decubuissest aegrotus, soluit naturae debitum. Decesserunt vterque in vera dei cognitione, & ipse quidem, dum vxori sepulcrum

crum in aede sacra paratur, iubet, sibi locum aliquem ad latus illius reseruari, quod breui secuturus esset. Neque fecellit eum opinio. Namque Martii die tertio sub horam decimam ante meridiem quum ex lectulo concessionem ex ore AMSDORFII audisset, implorata numinis diuini misericordia suumque spiritum deo commendans, ex hac aerumnosa vita coelestem in patriam emigravit. Bella, quae tunc mouerat Albertus Brandenburgicus, suis quoque prouinciis minantia, prudentia sua amouit tranquillasque posteris reliquit.

vid. SLEIDAN. I. xxvi. p. 753. conf. omnino *WWeichsfelders* Leben Joh. Fridr. p. 938. & HORTLEDERI tom. II. libr. 3. c. 88. p. 741. vbi programma academicum in obitum Sybillae insertum est. Orationem funebrem habuit theologus Jenens. *joann. Forsterus*, quam exhibet *WWeichsfelder* p. 943—952. qui & extrema incomparabilis Electoris Joannis Friderici copiosius descripsit p. 952. sqq. funeralia eiusdem exstant apud HORTLEDERVM I. c. p. 1006. sq. Non possumus quin & hic monumentum in templo Vinarienti a serenissimis filii positum huc reponamus:

ILLVSTRISSIMIS ET INCLITIS PRINCIPIBVS DN. JOHANNI FRIDERICO I. DVCI SAXONIÆ IMPERII ROM. NATO ELECTORI, LANDGRAVIO THVRIN-  
GIÆ MARCHIONI MISNIAE ETC. ET DN. SIBYLLÆ  
NATÆ DVCI CLEVENSI BERGENSI ETC. DESI-  
DERATISSIMIS PARENTIBVS LVCTVOSI FILII,  
JOHANNES FRIDERICVS II. JOHANNES WILHELMVS,  
JOHANNES FRIDERICVS III. GRATITVDI-  
NIS ERGO

POSVERVNT  
ANNO DNI. MDLV.

Confessis stabili per saeva Parentibus Arma  
Justificam pietate fidem, pietatis Amantes,  
Grata Piis Soboles, vno tres pectore fratres,  
Hanc Tabulam posuere, Annis ut euntibus esset  
Adsertae fidei monumentum, et pignus amoris,

b

Christe

Christe tuis praesens, qui tuta ymbracula praebes,  
 Vt superent etiam, quae non superanda putantur,  
 Da pacem atque hostes, compesce. Tuere timentes.  
 Te mediante Patrem, cuius sapientia splendes  
 I procul infelix hominum sapientia, iustum  
 Ante deum in solo reddit fiducia Christo.

SAGITTARIVS hist. *joann. Frider.* ipsi etiam, inquit, ab ecclesi-  
 sia christiano-euangelica honorificum epitaphium datum  
 est, quod amor piorum expresserit, nullam habens inui-  
 diam magnaeque fuit gloriae. Factum autem ita:

Johannes Fridericus Dei Gratia Electus Martyr Jesu Christi  
 Dux Afflictorum Princeps Confessorum Fidei Comes  
 Veritatis Signifer Sanctae Crucis Antesignanus Patientiae  
 Et Constantiae Haeres Vitae Aeternae Obdormiens In  
 Christo Migravit Ex Hac Miserrima Vita In Coelestem  
 Patriam Vinariae Mense Martio Die III. Anno MDLIV,  
 Aetatis LI.

### §. VI.


Sequenti anno iam affecto d. 25. Octobr. cuiusmodi rari-  
 us in Germania aliisque regnis accidere solet, Carolus V.  
 cui omnia fere ex animi sententia cesserant, nisi quod Jo-  
 annis Friderici constantiae impar fuerat, vltro se abdicabat  
 imperio, quod qua Hispaniam Philippo II. qua Germaniam  
 germano fratri Ferdinando, Romanorum Regi, consensu  
 statuum tradidit. Sic enim in fatis erat, vt non ab illo, sed  
 ab hoc academica, seu, si mauis, Vniuersitatis, priuilegia  
 impetraret dulcissima patria nostra, eaque adhuc viuo Ca-  
 rolo V. qui natus octo & quinquaginta annos, sex menses,  
 & quinque vigintique dies, die demum xxi. Septembr.  
 MDLVIII. agnita, vr fertur, veritate euangelica, facta de  
 Joanne Friderico Electore infecta exoptans, animam effla-  
 uit fessam, expertus huius mundi schematis transituri va-  
 nitatem. (a)

(a) conf. *Steidanus* continuat. M. JOANN. SCHADÆI. I. I. p.  
 142, vbi doctoris Constantini Pontii, qui Carelo V. a  
 con-

confessione erat, mentio cum laude iniicitur, ut veritatis euangelicae tandem martyris. vid. idem l. IV. p. 160. SAGITTARIVS autem in vita Electoris §. 24. p. 52. habet sequentia: Poenituisse tandem Carolum V. quod tam duriter habuerit Joannem Fridericum, vel id indicio est, quod post solennem imperii abdicationem, cum rerum gestarum historiam in mappis depictam in monasterio hispanico, quo in vitae reliquum consumit, parietibus affigi curasset, quoties historiam capti Electoris spectasset, ingemiscens dixerit: Hunc si reliquissim, qualis fuerat, mansisse & ego, qualis eram. Duo adhuc testes huius rei excitat WEICHSELFELDER l.c. p. 857.

## §. VII.

Jam quod ad statum ecclesiasticum eorum temporum spe-  
ctat, referri hoc praeferunt merentur persecutio-  
nes moe-  
stiae a parte Imperatoris propter libellum *Interim* continua-  
tiae per omnem fere Germaniam. De pulsis Augusta ver-  
bi diuini ministris id saltē obseruare liceat, quod Saxoniae  
Elector captiuus, vbi rem per internuncios cognovit, & con-  
solatus sit & pecunia quoque iuuerit discedentes theologos.  
(a) Maxime autem Magdeburgum, ob infactum suorum  
animum & in doctrina priuori seruanda constantiam collau-  
datur a SLEIDANO. (b) Postquam enim duplēm pro-  
scriptionem & acerbam oppido obsidionem & ditionem  
narrauerat, addit denique: *Ad hunc modum liberati Magde-  
burgici, praeter multorum exspectationem, summam nominis glo-  
riam adepti sunt apud exterias nationes, quod prope soli per omnem  
Germaniam exemplo suo docuissent, quid possit constantia.* Ne-  
que piget ornatio ex FLACII Illyrici, dein quoque Jenensis,  
vita, quam JOA. BALTH. RITTERO debemus, sequentia  
transcribere theologos Magdeburgenses concernentia: (c)  
*Zur Zeit der Belagerung ließen sich verschiedene der Adiaphoristen  
heraus, man wurde nach erobter Stadt Magdeburg die Theo-  
logos und Prediger daselbst, Amsdorium, Gallum, Illyricum und*



Alberum an die Stadmauren aufhaengen: Sintemahlen solche die  
 vornehmsten Lehrer der Stadt abgaben, welche sich dem Interim  
 so hart entgegen gesetzt. Allein als ein sonderbares Kennzei-  
 chen der Goettlichen Guete und Pronidenz preisete er (Flacius),  
 dass sie nicht nur zeitwaerender Belagerung sicher sind erhalten,  
 sondern auch nachmahls bey Vebergabe der Stadt obnangetastet  
 gelassen worden: anerwogen, als der Rath bey waehrender Accor-  
 dirung auch besonders des Flacii vnd Galli bey dem Churfuersten  
 Herzogen Moritz, Erwaenung thate, so siele die gnädige Antwor-  
 dahin, er haette nichts wider sie, vnd koenten sie frey vnd sicher,  
 entweder in seinen, oder in andern Landen leben, wo sie wolten,  
 welcher Punct sodann auch dem errichteten Accord selbst ist ein-  
 verleibet worden. v.s. w. Instauratio Concilii Tridentini ip-  
 sis Septembr. Calendis MDLI. tantum abest, vt laetiora fata  
 puriori coetu Christiano promitteret, vt potius ad eum op-  
 primendum comparata videretur. Nulla certe obliuione  
 delendae Galliae Regis litterae sunt, ad, vti vocabat, con-  
 uentum Tridentinum, quibus vehementer eius institutum  
 sibi displace, solemnissime protestabatur. (d) Sed quanta  
 quanta quoque erant mala, quae protestantium ecclesiam  
 adfigebant: interioribus tamen eius dissidiis nihil calamitosius  
 cogitari poterat. Nam vt taceamus viri in omni genere  
 doctrinae eruditissimi ANDR. OSIANDRI, (e) qui antea  
 Norimbergae cum laude aliquot annos docuerat, anno ve-  
 ro MDXLVIII. ob edictum imperatorium de libro *Interim*  
 in Beruffiam profectus, sequenti anno in Academia Regio-  
 montana Professor publicus constitutus est, controuerliam  
 motam de iustitia dei essentiali in nobis habitante, qua nos  
 coram deo iustos esse dictitabat, cui sepe, at satis infeliciter,  
 opposuit FRANC. STANCARVS: vt porro sicco silentii  
 pede praetereamus lites a GEORGIO MAIORE sparsas de  
 necessitate bonorum operum ad salutem, quas adaugebat  
 infausto omine NIC. AMSDORFIUS, (f) cetera vir ma-  
 gnus & pius, in alia quaevis ruens, certe nullae huius seculi.

con-

contentiones aciores fuere, disputationes feruentiores nullae, quam de rebus adiaphoris, ex libro *Jactrim Augustano* exortae, quarum FLACIO Jlyrico, in reliquis bellis domini milite strenuo, aduersarium vehementiorem minusque exorabilem noui profecto neminem. Misera haec rerum conditio, illo famoso parvo *Interim*, h. e. formula Lipsiae MD-  
XLVIII. conscripta, ut ita loquar, perficiebatur, (g) & lacrimabile schisma pariebat, non prius e medio sublatum, donec formula concordiae esset ad umbilicum perducta. Quae speciatim in colloquio Wormatiensi, fere in fine anni MD-LVII. acta sunt, ad componenda litigia adiaphoristica pluribus continuator Sleidan commemorat, notatque inter alia, theologos jenenses, quod frustra a reliquis Augustanae confessionis theologis petierint, ut citra ambages Zwinglii, Osiandri, Maioris, Adiaphoristarumque doctrinas impuriores condemnarent, Wormatia abiisse, unde deinceps vanus colloquii exitus pependisse videtur. Quae autem Ernestinis theologis de conuentu Francofurtano sententia fuerit, exposuit b. D. VAL. ERNEST. LOESCHERVS. (h)

- (a) I. xxii. p. 654.
- (b) I. xxiii. p. 667. conf. ALBINI Chron. Saxon. in auctar.  
p. 104.
- (c) edit. 2dae p. 46.
- (d) SLEIDAN. I. xxii. p. 655.
- (e) SLEIDAN. I. xx. p. 583. I. xxii. p. 647. RITTERVS in  
vita Flacii p. 49. sqq. JO. MVSAEVS praelect. in epitom.  
form. concord. p. 141. sqq. S. R. JO. GE. WALCHIVS  
in den Relig. Streitigk. der Euangel. Luther. Kirche t. I.  
p. 85. sqq & 97. sq. WEICHSELFELDER im Leben  
Joh. Fridr. de sedandis Osiandricis controvrsiis sollicitum  
electorem sifist. p. 935.
- (f) SLEIDAN. I. c. Ixxii. b. JO. MVSAEVS I. c. p. 181.  
WALCHIVS I. c. p. 98. sqq. &c.
- (g) Non theologorum Saxoniorum, verum quorundam aulicorum Mauritianorum foetum hunc esse, ex libro: Endlicher  
b 3

licher Bericht vnd Erklaerung der Theologen zu Wittenberg vnd Leipzig &c. Wittenb. 1750. 4to. obseruat JO. DAV. JAENKEN im gelehrten Pommer-Lande, siue potius in der Lebens-Geschichte D. Jo. Eugenhagens. p. 70. seqq.

(h) conf. Hist. motuum. P. II. p. 116. & 120.

## SECTIO II.

### MEMORABILIA EORVM TEMPORVM, QVIBVS JENAE ACADEMIA CONDITA EST.

#### S. VIII.

Patet ex dictis, tranquillis quidem temporibus, si statum spectemus politicum; at maxime turbulentis & inquietis, si ecclesiasticum cogites, euenisse, vt, quod adhuc academie patriae deerat, ab FERDINANDO Imperatore superpleretur, & Jena die II. Febr. MDLVIII. vti constat, solennissime inauguraretur, praesentibus quidem Serenissimis Saxoniae ducibus JOANNE FRIDERICO II. JOANNE WILHELMO, & JOANNE FRIDERICO III. & ERNESTO, principe Hennebergensi. Exstat JOAN. STIGELII epistola, continens descriptionem pompaे & spectaculorum, quae celebrata sunt in promulgatione priuilegiorum Academiae Jenensis, scripta ad JOAN. MARIVM SCAEVALAM MDLVIII. quam vir, quem viueret, illustr. BVRC. GOTTH. STRVVIVS recudi curauit, (a) & in compedium misit alibi. (b) Videlicet iam communis fama diuulgauerat, academiam a Ferdinando Imperatore concessam, atque a Carolo V. eiusdemque fratre fuisse confirmatam, cum ad promulgationem priuilegiorum accederet JOANNES FRIDERICVS, eidem ipse interfuturus. Describitur ergo, quomodo aduentans princeps a Rectore tunc temporis JOANNE SCHROETERO, medicinae doctore, cum comitatu

tatu academico solemniter ac piis gratulationibus exceptus, atque prolixa ordinis Scholastici serie a foro vsque ad portam in vrberm deductus, vsque ad diuersorium. Ingressus princeps cum magno agmine equitatus, eumdemque comitabantur comites & proceres & equestris ordinis homines. Princeps ipse ad latera ducebat fratrem GVILIELMVM ducem Saxoniae, & ERNESTVM, principem Hennebergensem, filium GVILIELMI, ne dicam de reliquo comitatus ordine & signis laetitiae a militibus publice exhibitis. Postero die coetus scholaisticus longo agmine ad aedes, in quas princeps diuerterat, procedit. Eo prodeunte, cum fratribus duobus & Hennebergensi, omnique comitatu aulico, pompa scholaistica procēdit ad templum, consenso ibi theatro dux JOAN. FRIDERICVS surgens, composito ad lenitatem ac grauitatem vultu, oratione latina alloquitur ordinem scholaisticum, quae etsi data opera prolixitatem non habebat, erat tamen ita concepta verborum delectu, temperata affectibus, concinna periodis, condita suauitate sententiarum, plena grauitate rerum, vt eius gratiam, inquit STIGELIVS, ne quidem extrema, quod aiunt, linea attingere nostra possit infantia. Erat tamen haec fere rei summa: Quoniam exemplum maiorum suorum, PATRIS maxime fecutus, cum inde ab initio suae gubernationis, vna cum fratribus, in id operam dedisset, vt veram de deo doctrinam & recta studia bonarum artium conseruaret ac propagaret, eoque nomine & academiam Jenensem auxifser professoribus & salariis, & hoc tempore cum fratribus coram adesset, vt accepta ab inclyto Caesare FERDINANDO Rege Romanorum, priuilegia donaret ac traderet academiae, precari sese, vt id omne feliciter ecclesiae & reipublicae eueniat, hortarique tum Professores, tum Senatum oppidanum, vt studio concordiae, acceptum decus custodiant, vt habeat hoc quoque in loco hospitium filius dei, ex quo eius vox, studio adnuntiantium pacem, audiri, iucun-

cundequem sonare ad posteros possit. De hac pergit, STIGELIVS, principis oratione diligenter percontatus, reperi, eam litteris non fuisse consignatam, sed ad occasionem extempore ita conceptam, id quod eruditorum applausum & venerationem erga principem, mirifice auxit. Hoc sermone principis finito, prodit vnum ex consiliariis, Juris doctor, & ex diplomate regio ipsa privilegia recitat. His CHRISTIAN. BRVCK J. V. D. & cancellarius ex mandato Principis orationem habuit lingua vernacula, qua propensam principis in academiam voluntatem, condita statuta, leges ac iura vniuersitatis toti ordini significauit, protectionemque & tutelam principis promisit. His peractis, gratulatio & gratiarum actio a STIGELIO, nomine academiae facta, atque inde coetus e templo domum reuersus epulis exceptus fuit. Postea spectacula equestria fuerunt celebrata, in quibus GVILIELMI ducis virtus laudatur. Subiungit tandem Stigelius epigrammata facta inter spectacula equestria lectu haud iniucunda.

(a) biblioth. libror. rarioe, ejusd. thec. 1. p. 1. sqq.

(b) thesaur. variae erudit. ex Scriptorib. potissimum Saec. XVI. &c. XVII. alias biblioth. antiqu. anni MDCCVI. mens. Jul. p. 314. sqq. vbi & NIC. REVSNERI Panegyris actus doctorei JCtorum celebrata solenniter in academia Salana &c. recensetur,

### §. IX.

Quamquam vero laetiora iam quaevis promittebat haec noua Jenae facies, in primis quod & theologis & philosophis & in omni eruditionis genere versatissimis viris floreret; tamen non plane respondit spei euentus. Namque MATTHIAS FLACIVS Ilyricus iam MDLVI. quod vocacionem Saxoniae ducum sequeretur, eo ipso VICTORINVM STRIGELIVM offendit. Teste enim b. SPENERO (a) hic illum, quo minus acceptaret dictam vocationem, litteris dehor-

dehortatus est. Nam scripserat, si diversis seiuecti viuerent locis, sius cuique honos mansurus esset & amicitiae nihil deceffurum: secus si fieret, hoc est, si Jenam se transferri pateretur, alterum alterius honoribus obstiturum, & in o dia degeneraturum, qui illos haec tenus iunxit, affectum. Ex quo, ait laudatissimus theologus, colligitur, huic vni deinceps, quod minabatur, studuisse STRIGELIVM, vt se superiorem doctorem pessimum daret. (b) Evidem tristis eheu! experientia paullo post docuit, quemadmodum fer uor, qua inter se flagrabant, eos in deuia seduxerit, & FLACIUS Synergismum STRIGELII impugnaturus in alterum ruerit extremum, & peccatum originis ipsam hominis substantiam esse, incaute satis propugnaret. (c) Historiam lacrimabilis huius controuersiae pluribus b. JO. MVS AEVIS, (d) S. R. JO. GE. WALCHIVS, (e) alii, memoriae prodiderunt. Ceterum quam scribit vir summus LAVR. MOSHEMIVS: *Si grauissimis viris credendum est, parum curate loquendo potius, quem peruerse sentiendo peccauit (Strigelius), idque tantum, quod aduersarii probabant, significare voluit, aptum natura esse corruptum hominem ad recipiendam vim diuinam, quae sola & unica morbis mederi valet: miror finistrum eiusdem de FLACIO iudicium: volunt aliqui, inquit, ignoratione notionum & distinctionum philosophiarum in hanc fraudem Flacium impulsu fuisse, magisque insolenti vocabulo, quam re ipsa peccasse. Hi si vera nobis narrant, quod dubito, aut effrenato ingenio fuerit, aut incredibili peruvicacia abundauerit necesse est.* (f) Videlicet ex singulari affectu, quo se in PHILIPPVM MELANCHTHONEM vir summus ferri item-didem prodit, haec verba profluxisse videntur. Certe quae mens STRIGELIO, cui Cancellarius, CHRISTIAN. PONTANVS impense cupiebat, federit, locupletes testes sunt triginta theologi Jenenses exsules. Forsan heic, quid neglectus formalium caute loquendi, quid philosophiae in theologicis abusus potuerit aliquando, maxime tempora lo-

C

quun-

quuntur, quae *formulam concordiae* antegressa sunt. Laudes ceterum Jenensium theologorum intuitu purioris doctrinae Lutheranae enarrat b. D. VAL. ERN. LOESCHERVS. (g)

- (a) in den theolog. latein. Bedenken p. III. c. xvii. art. I. dist. II. n. 13. p. 187. conf. RITTER im Leben Flacii, p. 91. sq.
- (b) Concordant haec cum iis, quae narrat RITTERVS I. c. p. 98. sq.
- (c) obseruatu dignum est, quod refert RITTERVS I. c. p. 15. not c. ex KOENIGII bibliotheca veteri atque noua, LEONHARD, FVCHSIVM, celeberrimum illum medicum Tubingensem, amicum Flacii intimum docuisse: *morbum esse substantiam*. At vero hanc opinionem Flaciano errori obstetrices manus praebuisse, ego propterea, quod peccatum originis non tam pro morbo cum Strigelio, quam pro ipsa potius morte habuerit, dubito. Ipsa potius Strigelii disputatio efficit, ut is peius loqueretur, quam sentiret.
- (d) praelect. in form. concord.
- (e) WALCH in den Relig. Streitgk. P. I. p.
- (f) institut. hist. christ. recent. Saec. XVI. sect. III. c. 2. §. 26. p. 197.
- (g) hist. motuum P. II. p. 155.

#### §. X.

Ergo auspicia quidein academica Jenae inquieta admodum & ad rixas comparata erant, progressus tamen, Jenensibus theologis pacis amantiores fuisse nullos, demonstravit: (a) Quodsi enim Saeculo XVII. exceptis Syncretisticas controverias, (b) quibus deinceps nostro aeuo ita dictae pietisticae quadam modo accepterunt, in quas tamen obtorto veluti collo traxi sunt, nihil, quod in polemica theologia notatu in primis dignum sit, minimus. (c)

- (a) de colloquio Altemburgico MDLXVIII. vt & de' controversiis cum theologis electoralibus conf. LOESCHERI hist. motutum, P. III. p. 19. sqq. & passim.

(b)

- (b) De controuersiis Syncretisticis vid. S V. WALCHIVS in den Relig. Streitigk. der evangl. Kirch. P. 1. c. 4. §. 6. sqq. p. 219. sqq. praecipue de Musacanis p. 371. sqq. Non possumus, quin quae p. 225. sq. leguntur, huc transferamus: In der dritten Classe derienigen Personen, welche bey diesem Streite vorkommen, muessen wir diejenigen bringen, die zwar Calixto vnd seinen Anhaengern in der Hauptfache nicht bestimmen; gleichwohl aber nicht alles, was die Wittenberger, besonders Calouius, vornahmen billigen, noch in allen Stuecken ihre Parthey ergreiffen konten. Zumahl als man den Consensum repetitum aufsetzte, vnd ein neu symbolisch Buch wieder die Calixtiner einfuehren wolte. Sie hatten bisher gesehen, was die allzugrose Hitze, die man bey dieser Controuers gebraucht, vor Schaden gebracht, vnd erkanten voraus, wie vnfre Kirche noch enger werde eingeschaenkt, vnd in weit grossere Vnruhe gesetzet werden, wenn das Vorhaben mit dem Consensu repetito seiner Zweck erreichen solte. Dieses thaten nun die Jenaischen Theologen alhier, absonderlich der selige Ioh. Musaeus, ein Mann von groster Penetration, der nach derselbigen vorausfahe, was die Wittenbergische Anschlaege mit dem Consensu repetito nach sich ziehen moegten. Dieses stunde den Wittenbergern nicht an: daher sie auf die Jenaischen losgiengen, vnd weil Musaeus der vornehmste war, so erregten sie die so genannten Musaeanischen Controuersien, womit der Streit noch laenger verzoegert, vnd viel Vnruhen in der Kirchen erwecket wurden.
- (c) Quod pertinet ad Pietisticos motus, conf. iam laudatissimus WALCHIVS l. c. c. V. sect. I. p. 838. sqq. in primis §. LI. LII. CXLIV.

CAPVT II.  
DE PROFESSORVM JENENSIVM DE PHILO.  
SOPHIA ET THEOLOGIA,  
MERITIS EXSTANTIORIBVS.

§. XI.

Progreditur nostra oratio ad academiae patriae laudes, quas ex Professorum suorum de republica litteraria meritis adepta est. Neque profecto in omni eruditionis & doctrinae genere defuere viri, quorum memoriam nulla vñquam obliuio obliterabit, quorum magna nomina iam dudum sunt aeternitati consecrata. Quemadmodum autem, quo minus in tam late patentem iam excurramus campum, propositi limites vetant; ita philosophicae pariter atque theologicae scientiae studium nostrum prouocabunt, quaeque suppeditat earum memoria in his terris, paucis delineabimus, reliqua iis relinquentes, quibus locupletiora patent scrinia.

§. XII.

Et quod quidem philosophiam concernit, omnium temporum historia vniuersitatis Salanae, quam longe a pruritu nouaturiendi condendique sefas ea absfuerit, quemuis condebit. Ea adhuc saeculi decimi sexti conditio erat, vt salutaris quidem doctrina instauraretur pristinaeque suae puritati a megalandro LVTHERO redderetur; sed philosophiae Aristotelico-Scholasticae terminus nondum apparuerat, non sane, nostra quidem sententia, sine prouido numine. Namque & sapientiae humanae fontes ipsas sanctiores pandectas aperuisse, nobis extra omnem dubitationis aleam positum est. Praelucere nimirus rationi sacra scriptura debebat, vt scopulos euitare disceremus deinceps, circa quos tot olim ingenia infeliciter obhaeserant. Eadem ergo, vti alibi, ita Jenae erat philosophiae ratio, nec eslet omnino, quod de illa

illa doloreremus, nisi terminorum scholasticorum eorumque  
 niminis vagorum in theologia vsus, vsus autem? immo po-  
 tius abusus iusto frequentior tot, eheu! dissidia, tot alter-  
 cationes in ecclesia peperisset. Memoratu ceterum ex eo-  
 dem saeculo dignus est JVSTVS LIPSIVS, ille philosophiae  
 Stoicae instaurator, qui anno MDLXXII. professione elo-  
 quentiae & historiarum Jenae ornatum se ipsem diffiteri  
 non potuit, quam quoque dissertatione pro loco *de terra*  
*preciosa* aulpicatus est. (a) At quemadmodum ultra bien-  
 nium in Salana non commoratus est, neque, quod sciam,  
 ibidem Stoicae philosophiae amorem prodidit: ita nihil quod  
 tunc Stagyritae auctoritatem laedere potuisset, vel dictum  
 est, vel scriptum. Mirum magis est, PETRVM RAMVM  
 cuius fortuna post tristia eius mortalitatis fata, etiam in Ger-  
 maniae academiis varia erat, veteri philosophandi generi in  
 Salana nostra nihil obfuisse. Nam quod v. cl. AB. ELS-  
 WICH (b) refert, b. GERHARDVM ab huius viri par-  
 tibus non abhorruisse penitus, equidem non pugnabo; fru-  
 stra tamen hic quaesueris, quibus sectatorum RAMI cata-  
 logum augere possis. (c) Etsi vero Seculo decimo quoque  
 septimo erant, qui iugum Aristotelico - Scholasticum mo-  
 leste ferrent perspicerentque, quantum illud sit, in quo dis-  
 conueniat inter spiritum sanctum & Peripateticorum ante-  
 signanum: reperiebantur tamen, qui, dum isti hunc conciliare  
 maximo studebant opere, magno conatu nihil agerent,  
 in quibus cetera vir doctus JOANNES ZEISOLDVS emi-  
 nuit, cuius tractatus de Aristotelis in illis, quae ex lumine natu-  
 rae innotescunt, cum sacris litteris consensu ab eaque apparente  
 dissensu prodiit Jenae MDCLXVII. (d) Multo cautius de  
 genuinis Aristotelis principiis meruit PAVLLVS SLEVOG-  
 TIVS, philologus & philosophus suaetatis nemini secun-  
 dus, quem hoc quoque nomine laudavit ill. LEIBNITIVS,  
 (e) cuiusue vita legitur apud FREHERVM. (f) Qui phi-  
 losophorum eiusdem Saeculi RENATO CARTESIO illu-  
 stri-

strierem nominis famam consequutus sit, me quidem fuge-  
re ingenue fateor. Vbi tamen huius placitorum adseclas  
perlustramus, eorum quidem etiam per Germaniam nu-  
merum non exiguum conscribere possemus: verum Jenen-  
sium Professorum, qui iis se se adscribi voluerit, innotuit for-  
te nullus. In aduersariorum potius **CARTESII** numero  
nomen suum proselfus est **JO. MVSAEVS**, cuius, ni falli-  
mur, auctoritate & pacis studio factum est, vt arcerentur illi-  
lius philosophumena alioquin sua laude haud plane defrau-  
danda. Diuiserat iam per aliquot lustra cum **Cartesio Ari-**  
**ftoteles** imperium, qum in medium prodiret **CHRISTIAN.**  
**THOMASIVS**, ornamentum proprium Academiae Halen-  
fis, id prae se ferentis singulare, vt omnibus fere scientiis  
nouum aut induerit, aut induere conata sit habitum. Com-  
muni is cum **LEIBNITIO** praceptor gauisus est, nempe  
suo parente **JACOBO THOMASIO**, qui nisi fuisset, forsitan  
nec vterque fuissent, quos postea orbis eruditus revera na-  
ctus est. Qua Logicam & philosophiam moralem merita  
eius omni exceptione maiora sunt, multo minora metaphy-  
sicam si species aequae, atque physicam praefitit. Vt ut  
vero maxima nominis celebritate floruerit per totum, qua  
potet, terrarum orbem: multo tamen plures sectatores ha-  
buit in re politica, quam in reliquis disciplinis philosophicis,  
& nisi me fallit opinio, in horum numerum referendus est  
~~πολὺισογας~~ fama inclytus **GOTTL. STOLLE**, praceptor  
noster desideratissimus. Attingimus nunc periodum illam  
felicem, qua & Athenae nostrae Salanae Reformatore dis-  
ciplinarum philosophicarum prorsus egregio superbire coepe-  
runt, cuius magnum nomen patiae sua, Pomeraniae laudi  
erit & gloriae numquam interiturae. Vel me tacente, cui-  
libet in mentem veniet haec legenti incomparabilis vir **JO.**  
**FRANC. BVDDEVS** (g), cuius elementa philosophiae omnis  
duobus tomis comprehensa, quorum octaua editio Halae  
**MDCCXXV.** ad manus est, communi plausu excepta sunt,

vt

vt iam sicco silentii pede tot alia scripta, cum primis ad philosophiam moralem & speciatim ad Jus Naturae & gentium spectantia, praetereamus. Evidem non solum quae JO. LOCKE, HVGO GROTIUS, JO. CLERICVS praestantioris momenti habent, ceu veri nominis eclecticus, in ordinem concessit; verum etiam multis propriis meditationibus, excellentissimo suo ingenio debitiss, adauxit. Hinc non defuere, qui ipsi plauderent publicis scriptis viri doctissimi, MARTIN. MVSIGIVS, JO. JAC. LEHMANNVS, Profess. Jenens. S. R. D. JAC. GVILIELM FEVERLINVS, JO. REICHIUS, ANDR. RIDIGERVS, JO. JAC. SCHATZIVS cet. Legi meretur S. V. JO. GE. WALCHII *Schedisma historico-philosophicum de fatis elementorum philosophiae eclecticae* S. R. JO. FR. BVDDEI. Neque hoc non facit b. JOAN. JACOB. SYRBIVS, ob *institutiones philosophiae rationalis eclecticae* Jenae MDCCXVIII. MDCCXXIII. & ipse innumeris meritis conspicuus D. JO. GEO. WALCHIVS, praceptor & promotor noster ad cineres vsque colendus, celebratissimus celebrium filiorum Parens, cum ob eiusdem *Einleitung in die Philosophie*; tum ob *Lexicon philosophicum annos laturum*, omnis philosophiae & priscae & recentioris thesaurum auro contra cariorem. Denique quemadmodum philosophia Leibnitiana Wolfiana per multas Germaniae scholas inuenit, quibus placuit, viros perspicacissimos: ita quoque Jenae fata, quibus nullum aliud sistema praeter Aristotelico-Scholasticum gloriari potest, habuit satis laeta ac prospera. Debet ista praeferunt clarissimis philosophis JAC. CARPOVIO, HENR. KOEHLERO, &c, quem primo loco nominare debuisse S. V. JOANN. PETRO REVSCHIO, (h) Praeceptori & Promotori nostro honoratissimo. Tantum autem abest, vt sectaria philosophandi ratio ibidem praevaluerit, vt potius Systemata Reuschiana & logicum & metaphysicum philosophiae eclecticae eiusue verae & genuinae testes sint multo locupletissimi. Ex eo tempore scientias fere

fere omnes modo nouas auctas incrementis, modo maiori luce radiantes, certe paullo rigorosius tractatas videris. (i) Sed ne princeps, quod academie patriae nouum conciliauit splendorem, momentum non attingamus, omnium rei litterariae incrementorum ignarus sit oportet, quem illustr. HAMBERGERI, Jenensis, filii patre adhuc maioris; at, proh dolor! praematura morte orbi eruditio erepti philosophi ac medici, sistema physicum, *principio illi adhaesioneis* longe foecundissimo superstructum, penitus fugerit, eo quod omnibus aliis facile palmam praeripiatur. (k) Prius nos tempus & spatium, quam dicendi materia deficeret, vbi ad mathematicos, in quibus cluent WEIGELII, WIEDEBVRGII, HAMBERGERI; ad historicos, in quibus eminent STRV- VII, BVDERI; ad philologos denique, WASMVTHIOS, DANZIOS, RVSIOS, STOCKIOS, TYMPIOS procederet oratio. Verum id nobis maxime supereesse sentimus, vt de praerogatiis, quas a theologis suis consecuta est Vniuersitas Jenensis strictum dicamus.

(a) Aliquando quidem religionis metu inductus negauit hoc ipsum Lipsius. Certe SCHLVESSELBVRGIVS apud CRENIVM animaduersion, philologic, & hist. P. VII. p. 45. sq. refert, quum ab illo Leidae hac de re quaeretur, Lipsium respondisse, se esse hominem christianum & perinde sibi esse, huic ne, an illi sectae addiceretur. Vitam huius viri AVBERT. MIRAEVS scripsit ediditque Antwerpiae MDCVIII. quae quoque eius praemissa operibus est. conf. cl. JAC BRVCKERI hist. philos tom. VI. p. 771. add. FREHERVS theatr. doct. vir. p. 15c1.

(b) *Schediasm. de Maria fortuna Arifot.* p. 54.

(c) Singulare est iudicium ERICIVOLCMARI a BERLEPSCH, quod tulit occasione controversiarum Aristotelico - Ramisticarum, Ramismum gradum esse ad Calvinismum. Fieri autem potuit, vt quo minus ex multis nostratium Ramis scita amplexi sint, haec opinio obliterat, vid. b. LOESCHERI *bif. motum.* P. II. p. 151. sq.

(d) conf.

- (d) conf. obseruat. Halens, tom. III. obs. 13. p. 241. sqq. BRVCKERI Otium Vindelic. mel. I. p. 120.
- (e) vid thedicata edit. GOTTSCHED. p. 70.
- (f) theatr. doctor. tiror. p. 1543.
- (g) de cuius vita vide sis das letzte Ehrengedächtniss, welches dem  
seel. Herrn Job. Franc. Buddeo der H. Schr. hochberühmten Doctori  
vnd Professori Primario zu Jena ist aufgerichtet worden. Jenae  
MDCCXXII. fol.
- (h) conf. celeb. CAROLI GVENTH. LUDOVICI ausführli-  
cher Entwurf einer vollaendigen Historie der VWolffischen Philosophie.  
praesertim, P. III. passim.
- (i) vt in philosophicis tantum disciplinis consistat oratio, ne  
de scriptis logicis, & metaphysicis dicam, omnium in o-  
culis sunt HENR. KOEHLERI *Jus naturae, & gentium*, ce-  
leb. JOACH. GEORG. DARIESII *Jus naturae*, b. JOAN.  
GEORG. ZURLINDEN *Hermeneutica imprimis sacra*, Magnif.  
CAR. GOTTH. MVELLERI, cui falses academicos ea,  
qua decet, obseruantia, congratulamur, cum philosophia  
moralis; tum die VWeisheit des Rednrs, &c. &c.
- (k) vid. REVSCHI Syst. logic. §. 462. p. 500. vbi breuis &  
elegans inuentio[n]is huius principii historia extat. „Ce-  
„leb. inquit, HAMBERGERVS pro sua, qua pollet, faga-  
„citate occasione sermonis, de adscensi aquae in spon-  
„gia aut simili corpore & de aeris pressione, habiti cum  
„cel. JOAN. MATTH. GESNERO aliquo modo factus  
„dubius de pressione aeris, quatenus eidem tamquam  
„causae adaequatae, tot adscribuntur effectus. In quam  
„quidem cogitationem adductus fuit per aliam experi-  
„entiam eodem tempore allatam, qua cultrum vel pen-  
„nam in vitrum vino vel aqua repletum immiserunt atque  
„obseruarunt, vinum vel aquam ab utroque cultri vel  
„pennae latere aliquatenus adscendere, seu subsultare at-  
„que se cultro vel pennae applicare. Quod phaenome-  
„non ex aeris pressione vix videbatur concepibile. Sic  
„quidem pressio aeris, tamquam caussa adaequata tot  
„effectuum, labefactata in mente cel. Hambergeri; sed  
„vera tamen caussa adhuc in puteo Democriti iacuit,  
„donec casu in aliam incideret experientiam, qua ob-  
feruauit,

d

„seruauit, aquam ex epistomio aqualis profuentem non  
 „pro ea, quam vi impetus obtinere deberet, directione  
 „progredi, sed se epistomio applicantem sursumque pa-  
 „rumque flexam moueri. Qua obseruatione mens illius  
 „in excelsa posita, fausto omne et, quod commodum  
 „accidit toti hominum generi, in illud incidit principi-  
 „um: *studium specifice levius adhaeret specifice graviori*, quod no-  
 „bis in physica nodis gordiis non dissecandis; sed expedi-  
 „endis & soluendis sufficit & Anglorum principium attracti-  
 „onis multis post se parasangis relinquit.

### §. XIII.

Ea theologiae pars, quae sacras pandectas, ex quibus  
 theologum nasci certum est, recte interpretari eiusque ve-  
 rum ac genuinum sensum inuestigare doceat, principem iure  
 suo meritoque locum tenet, & in eo singularis prouidentiae  
 diuinae specimen elucet, quod statim initio reformationis iis  
 instructi animi dotibus exstiterint, quibus ad studium bibli-  
 cum feliciter colendum opus erat. Nostrae ecclesiae theo-  
 logis primas hic partes deberi, quamvis ante aliquot annos  
 vita defunctus Cardinalis QVIRINIVS contra celeberr. virum  
 SAM. FORMEY id inficiari ausus fuerit (a), quilibet rerum  
 intelligens indicabit. Verum possemne ego audaciae cuius-  
 dam incusari, adfirmans, duumuiros, quos sibi olim Salana  
 vindicauit, in tam illustri loco collocatos esse, vt iis parem,  
 nedum superiorem, inuenire possim neminem? Videlicet  
 MATHIAM FLACIVM Ilyricum & SAL. GLASSIVM ob  
 de genuino theologiae studio merita reliquis omnibus antep-  
 ponendos, ipsa res loqui videtur. Sane b. JOAN. FR. BVD-  
 DEVS scribere non dubitat: (b) *Inter eos, qui de ratione  
 recte interpretandi sacram scripturam egerunt, primum praeci-  
 puumque locum tenet MATH. FLACIVS Ilyricus, immo ita tenet,  
 vt omnes, qui ante illum eiusmodi quid adgressi sunt, longo posse  
 relinquat intervallo. Id namque egit in Clave Scripturae sacrae,  
 cuius duas partes sunt, quarum prior veluti Lexicon biblicum ex-  
 hibet,*

hibet, posterior integrum velut quoddam hermeneuticae sacrae  
 Systema efficit. Optimam editionem huius operis esse earn,  
 quae cum praefatione JO. MVSÆI MDCLXXV. prodidit,  
 in qua etiam refutatio famosi istius de peccato originis libri ex-  
 stat, alii iam dudum adnotauere. Inepti sunt, quotquot me-  
 lioribus dignum fatis theologum plagii insimulare haud eru-  
 bescunt. Pleraque scilicet Flacium ex LYRA hausisse aiunt,  
 vnde illud: *Si Lyra non hyrasset, Flacius non flasset.* Licet enim  
 negari nequeat, post LV THERVM quoque Jlyricum no-  
 strum Lyram adhibuisse in vsu suos: ipsa tamen illius hu-  
 iusmei scriptorum hue pertinentium collatio de hoc mendacio  
 facile conuincere quemuis valebit. Ceterum ipsum FLACII  
 de LYRANO dexterimum iudicium apposuisse hic iuuabit.  
 NIC. LYRANVS, inquit, *natus iudaenus, postea Christianus, ut*  
*commodius sacrarum scripturarum, quas adnotationibus explicare*  
*conatus est, lectio vacare posset, ut eorum temporum opinio fere-*  
*bat, Franciscanus monachus factus est.* Circa annum MCCCXXII,  
*biblia scoliis illustrare coepit, quod opus postea exclusum absolutum*  
*intra septennium.* In eo opere multa occurruunt, quae cum super-  
 stitione minus consentiunt atque demonstrant, Lyranum multa  
 commodius exprimere potuisse, si feliciori saeculo natus fuisset.  
*Symbolicam & allegoricam illam interpretandirationem a scholaсти-*  
*cis & monachis inventam minime probavit, quam etiam glossario*  
*illo labore refutasse videtur.* (c) Ipsa ergo veritas causam viri  
 defendat. FLACIO non minor est SALOMO GLASSI-  
 VS, (d) qui sui saeculi phoenix in Germania dicitur b. D.  
 MICHAELI WALTHERO. Pertinet hoc maxime *Philologia Sacra*, criticam, grammaticam & rhetorican complectens,  
 quam, vt BVDEI verba ex praefatione huic libro praemissa  
 nostra faciamus, tam adcurate, solide, perspicue pertractauit,  
 vt, quid amplius desiderari queat, vix inueniatur. Sunt, fa-  
 teor, & alii, qui aut ante eum, aut postea, eundem campum  
 ingressi sunt, quorum laudibus, vt nihil detractum cupio, ita  
 neminem hactenus extitisse puto, qui GLASSIO in hocce

genere praeferri mereatur. Viam equidem ei aliisque monstravit FLACIVS Jlyricus, vir ingenio & doctrina praestansissimus, in altera clavis Scripturae parte. Quod ut grato quoque animo ipsem GLASSIVS agnouit: ita hunc & ordine & methodo & ipsa tractandi ratione & obseruationum praestantia, ipso Flacio longe superiorem esse nemo diffitebitur. De editionibus huius operis prorsus egregii exposuerunt IO. CHRISTOPH. DORNIUS, (e) JO. FRANC. BVDDEVS, (f) qui denique subiungit: non errauero, si dixerim, trium viros hosce, FLACIVM, FRANZIVM, GLASSIVM in hocce doctrinae genere principatum tenere, & cuncta ita exhausisse, vt, qui post eos hancce viam ingressi sunt, pauca dicere potuerint, quae ab iis dicta non sint. At neque in theologia dogmatica Jenae defuerunt, qui reliquis, magnis licet hominibus, antecelluere. Nam circa initium Saeculi xvii. vixit theologorum ille princeps, siue, vti nobilissimus D. HÖE eum appellat, Architheologus JOANNES GERHARDVS, (g) qui omnium fere eorum, qui systemata aut locos communes theologicos dederunt, gloriam obsecravit. Incepit autem suos locos theologicos MDCX. adhuc Heldburgi Sacrorum antistes, tomosque quatuor priores edidit, reliquos Jenae confecit, finemque iis imposuit d. v. Kalend. Martii MDCXXI. Quae in huius operis laudem dici possunt, in medium adfert b. JOA. FR. BVDDEVS, (h) qui simul, imprimis ALB. GRAVERO, DREIERO, aliisque dicam scriptis, quod labem ei adspergere, cum suae ipsius existimationis detimento, haud veriti sunt. Quis est, qui magni illius, quem plurimum adamamus, GERHARDI locos longe praestantissimos nesciat? verba sunt CHRISTOPH. MATT. PFAFFII, at quanti viri! (i) Proxime, si non scriptorum numero, tamen rerum sacrarum perspicacia, ad Gerhardum accedit JOANNES MVAEVVS, theologus Augsburgo, cuius vitam HENING. WITTEN memoriarum decadi xvi. inseruit, (k) cui ZEVMERVS addi potest. (l)

(l) Pro-

Prodiit ex scholis JOAN. GERHARDI, JOAN. HIMMELII, Pomerani, & SAL. GLASSII, scriptisque suis egregie demonstravit, philosophum atque theologum inter se esse & posse, quid posse? immo debere amicissimos vbi sua cuique dignitas, suus character respondeat. Legicerter meretur prae-fatio Buddeana de augmento studii theologici, praemissa editioni secundae FRIDEMANNI BECHMANNI *institutionum theologicarum*, vbi, postquam ex FRANC. BACONE DE VERVLAMIO de augmentis scientiarum (m) quod ad theologiam, tria capita notaverat, in quibus quis excolendis ingenii vires periclitari posset, de duobus prioribus, nimirum de legitimo usu rationis humanae in diuinis; deinde de definien-dis & discernendis fidei articulis, merita Musaeana iustis laudibus prosequitur. Non studebat, inquit, (n) VALENTIN. VEL THEMIVS, philosophus & theologus aetatis suae eximius, non studebat MVSAEVIS magnis aut numerosis voluminibus edendis, modo salutaria docuisset; neque scriptio prius attendebat, quam sua se commendaret necessitate, aut a principibus expeteretur. Jam vero ad usus omnium sua proferens, acutam adhibebat limam, diuque circumpliciebat, attentius meditabatur, emendabat singula & adcurate perpendebat, quae semel statuere vellet, non quasi, malignorum opinione, sibi nondum satis constaret; sed ut ad vivum resecaret omnia, & legentibus iuxta audientibusque dubia nulla relinqueret. Evidemt lugenda sunt controvrsiae istae, ab ABRAH. CALOVIO ipsi mortae; at debetur his die ausfuehrliche Erklaerung der Jenaischen Theologen, qua, si vel unicum esset opus Musaeanum, quantus vir fuerit, cognosceres quasi ex vngue leonem. Compendium ex hoc libro dedit S. R. WALCHIVS, vbiuis honoris caufsa a nobis nominandus. (o) Sunt, non diffitemur, alii almae Salanae theologi nostro encomio maiores, & innumeris meritis conspicui; verum post MVSAEI nomen clarius noui nullum, quam BVD-

d 3

DEI,

DEI, iam supra inter philosophos laudati. Quid praestiterit in theologia dogmatica, quam a tot terminis scholasticis inutilibus repurgavit, & vbius dogmatum historia adnexa, nexus elegantissimo proposuit, ut pluribus repetam ex annalibus litterariis non opus est. In theologiae autem moralis scriptoribus omnibus, quotquot antea praecessores in hac disciplina inclarerunt, palnam praeripuisse videtur. Hinc CHRISTOPH. MATTHAEVS PFAFFIVS, quem in eo versatur, vt, qui theologiam morallem tradiderunt, recenseat addit, *& qui ante omnes alios nominandus erat JOANNES FRANCISCUS BUDDEVS.* (p) Vestigiis eius institit princeps hodie theologus Jenensis JOANNES GEORGE WALCHIVS de omni sanctorum scientiarum ambitu & re litteraria, praecipue theologica, vt & de b. LUTHERI scriptis immortalibus operibus promeritus. Et qui possem sine vituperio hic nomen REVSCHII, quod dudum abiit in elogium, &, usus philosophiae Leibnitiano-Wolffiana cum in theologia dogmatica, tum polemica omni posteritati commendat, non praedicare, quibus vti ob plura alia, ita quoque de theologia symbolica scripta dignissimo excepta plausu, adiungendus iure suo meritoque est summe venerabilis D. IOAN. CHRISTOPH. KOECHERVS, de quo academiae patriae ex intimo cordis affectu congratulamur.

(a) vid. Vindiciae b. Reformatorum & in primis Lutheri contra varias obiectiones ab Eminent. S. R. Cardinali A. M. QVIRINI propositae auct. SAM. FORMEY. V. D. M. phil. Prof. reg. Scient. Acad. Boruss. Secretario perpetuo, ac Academ. Imperat. Petropolit. Sodal. MDCCCL. conf. S. R. D. KRAFTII theologische Biblioth. P. LV. p. 420. sq.

(b) ifagoge in univers. theolog. I. II. c. 8. §. 2. p. 1243.

(c) catalog. testimoni veritar. quo opere JAC. THOMASIO iudice praefat. num. LXXXIV. p. 552. ecclesiam sibi nostram

nostram numquam interituro beneficio obstrinxit, libr.  
xviii. p. 809.

- (d) vitam eius lege ap. WITTEN memoriar theolog. dec. ix.  
p. 1199. vbi threnologia de ortu, vita, studiis, scriptis  
DN. SAL. GLASSII recitata in schola Cellensi MDCLVI.  
d. xii. Sept. a MICH. WALTHERO. ap. ZEVMERVM  
in vitis. professorum ienensium. class. l. n. 32. p. 141.  
FREHERVM theatr. Doct. viror. f. 590. sqq. Annus  
emortualis Glassii hoc disticho proditus legitur:

nostrI qVI CeCIDI CapItIs CeLebranda Corona  
GLaſIVs? Is sVpero VIVVs In aXe VIret.

- (e) biblioth. theolog. crit. P. II. I. 6. c. 2. p. 79.  
(f) isagoge l. II. c. 8. §. 2. p. 1244.  
(g) de eius vita vid. ZEVMER. l. c. p. 123. sqq. FREHE-  
RVS l. c. p. 467.  
(h) l. c. p. 2069.  
(i) introduct. in hist. litter. p. 95.  
(k) apud WITTEN. l. c. p. 2074.  
(l) l. c. class. I. p. 168.  
(m) l. ix. cap. I p. 487.  
(n) ap. WITTEN l. c. (o) in den Relig. Streit. P. I. p. 463.  
(p) Introduc. in hist. litt. p. 105.

#### §. XIV.

Floruit igitur Academia Jenensis per duo iam Saecula,  
floruitque ita, vt cum omnibus, & ante & post se conditis  
musarum domiciliis de principatu certare possit, si de prin-  
cipatu certare idem est, quod diuinam illustrare prouiden-  
tiam, atque de scientiarum augmentis optime meruisse, praef-  
sertim de doctrina salutari. Neque collectu iam difficile  
est, quanta semper SERENISSIMORVM illius NVTRI-  
TORVM fuerit cura & religio, vt ELECTORIS JOANNIS  
FRIIDERICI Magnanimi in ea condenda locandaque finis  
sanctissimus obtineretur. Et qui potuit aliter fieri, quum  
tantorum PRINCIPVM fartam teatram seruandi hypotypo-  
sin sanorum verborum zelus per omnem terrarum orbem  
in

in omnis posteritatis, quo maius nil fingi, nil cogitari potest, exemplum iam dudum euaserit? Stat ergo & sthabit SERENISSIMA ERNESTINAE STIRPIS, DOMVS, quoad solmundum collustrabit lumine suo, inconcussa multoque florentissima, quod, quo minus dubitemus, vel iubila de récens nato *Vinariae PRINCIPE CAROLO AVGVSTO, & CELSISSIMORVM PARENTVM* deliciis & spe patriae exoptatissima satis loquuntur superque. Ad nos quod adtinet, ardentissima pro sempiterna Academiae patriae felicitate, & sub sceptris Saxoniae DVCVM longe clementissimis magis magisque efflorescente ardentissima nuncupamus vota, &, quemadmodum ea saecularem suam solennitatem beneficio coelesti, hoc est, FRIDERICI MAGNI, BORVSSIAE REGIS POTENTISSIMI OPTIMI PATRIAE PATRIS, armis vietricibus debet tranquillam & a belli strepitu liberatam: ita vt numquam rursus eodem terreatur; verum nobiscum iucundissimae pacis hymnos propediem canat, vehementer optamus. Gratulamur celeberrimis grauissimisque Academias Jenensis PATRIBVS CONSCRIPTIS festos illos dies saeculares, ea, qua par est, animi obseruantia, &, quamquam EOS mihi praesenti venerari non liceat, neque spectacula fausto omniere redeunt oculis haurire, vt tamen nostros conatus paterno & beuiuolo affectu excipient, omnibus, quibus possumus precibus oramus rogamusque. Redeat pax tandem, Germaniaeque appareat pleno cornu beata copia! Proroget omnipotens in melius semper aeuum salanam nostram felicem, & amicas musis aures applicet, det probos mores docili iuuentae, faueat omnibus ac singulis eius doctoribus, & placida eos beat senectute, vt doctus eius laudes dicat chorus, & laetus de illius auxilio exsultet!

Quod reliquum est, non patriae solum nostrae hic annus memoratu dignus est; verum etiam toti ecclesiae euangelicae, & praefertim Pomeranae. Quum enim ante hos ducentos annos, die quippe xx. Aprilis magnus ille JOANNES

ANNES BVGENHAGEN, alias Pomeranus dictus, de pri-  
ori ecclesia euangelica innumeris onustus meritis piam  
animam deo, vnde erat, reddiderit, nosque anno MDCC-  
XXXVI. beatissimi LVTHERI diem emortualem pie  
concelebrauisse meminerimus, quod a partibus nostris alienum sit, non faciemus, vbi cum munificentissimi ill. Collegii nostri Conditoris PETRI GROENINGII memoria, memoriam DOCTORIS POMERANI coniungamus Quem in finem b. c. d. d. XII. Februarii v. sl. panegyricum triumphanti  
huic Reformati faciemus, cui ut omnes, quotquot scholis  
nostris bene cupiunt, diuinoque reformationis beneficio  
iustum statuunt pretium, PATRONI, FAVTORES, AMICI,  
pro dignitate quisque sua &, quibus insignis est, meritis,  
suspiciendi, nec non ciues Collegii nostri intersint, ea,  
qua par est obseruantia et ratione volumus rogatos. P. P.  
Stargardiae in Ihna. MDCCLVIII.



**Errata.**

- pag. 2. lin. 5. lege posuerunt pro profuerunt.  
- 4. lin. 7. lege IOANNES pro IONNES  
- 7. lin. 6. lege IOAN. pro IOACH.  
- 12. lin. 21. pro adfigebant. lege adfigebant.  
- 17. lin. 28. lege indentidem pro itemdidem.  
- 21. lin. 2. pro niminis lege nimis.  
- 22. lin. 29. lege patet pro poter.  
- - lin. 29. pro pariae lege patriae  
- 23. lin. 12. lege Schediasma pro Schedisma.  
- 24. nota lin. 10. lege 1501. pro 1501.

1. Lüwlyn Ensisu nibiung Inr so  
len nitaten bny Syngiung In  
2. Lnu Tübelaei et academic i Inr  
Inuiss i nu Uuicnag i bly  
2. Lnu istiung Inr Tübela pinausta  
bny Inr z. Lnu Zelz Inuiss i nu  
Tübelfast Inr Inuiss i nu Uuicnag i bly  
3. Poxalatu bny Inr z. Tübelfast i  
iessigau Tübelfast - Tübelfast Inr  
Inuiss i nu Uuicnag i bly  
4. Poxalatu bny Inr z. Tübelfast i  
Inr z. Tübelfast i nu Inr Zelz  
Inuiss i nu Uuicnag i nu Tübelfast i  
Tübelfast i nu Tübelfast i  
5. Tübelfast i nu Tübelfast i  
Inuiss i nu Uuicnag i nu Tübelfast i  
Tübelfast i nu Tübelfast i  
6. Statulatio amitorum quorundam  
conventibus iuctorum in Sacru  
laria et aede mica Senecia.  
7. Ch. Remnit iu Christi donis i Tübelf  
fast iu Inr z. Tübelfast i  
Inu Tübelfast i u Inr.  
8. I. M. Tübelfast i Inr z. Tübelfast i  
Tübelfast i Inu Tübelfast i  
Inuiss i nu Tübelfast i  
9. I. S. M. Tübelfast i Inr z. Tübelfast i  
10. D. F. J. Tübelfast i Inr z. Tübelfast i  
Inr z. Lnu Zelz Inuiss i nu Tübelfast i  
Tübelfast i Inr

11. J. C. Fassung fassende Tübinger  
Fest zu dem 2. Junii latini  
hau Tübinger 1600 Trauiffen ses  
nu desuln
12. J. C. H. Müller ad festum dicit deu  
inu Trauiffen zulagend nobis  
riga u. Meutnusidit - Subilac  
real nienor fürrungen desluis.
13. J. M. A. Rosel ad festum nunc 20.  
digt hau Tübinger 1600 Trau  
inu festum fülln zu Trau au  
frestallan Tübinger 21.
14. J. Kühler ad festum dicit deu  
zulagend alterum missa fülln  
na zu Trau au deu latini  
hau füllschaft augstallan il  
lumination.
15. J. N. Francic gratulatio in ludos  
festo speculari altero triumpha  
les Academiae ad Salam ferentur  
in academia ad Vifurgim Linde  
liensi.
16. J. D. S. Basch gratulatio in acade  
miae renens post duo secula  
natalem
17. J. A. F. Bielke gratulatio in ce  
liberimae academie patriae  
secundum subilacum
18. J. C. H. Müller ad fülltum 22.  
die zulagend alterum missa fülln  
19. J. Henrici gratifau fülln 23.  
dramatis fülln exultet, spalha seu  
dru 2. Junii Trauiffen fülln subilac  
real fülln fülln aufzufesten

20. / D. J. A. Worts, Ino Traueissau  
Altonaer Provinz, fidelis regis,  
Swift zu Ino Pauli, in Asse  
Paul in Ino frag solleste der  
Jesus, Ino 2. Ino Tübelausta der  
Ino Traueissau simeon Tübel.  
21. / Pauli, id est, in Ino von  
Ino Traueissau Ino nullissim zu  
Ino Ino Tübelausta Tübel,  
Ino Tübelausta 93. die uenlae Tübel  
aufgäfusgal ist in Ino  
22. / Ino agnissimissim Ino Tübel.  
Ligst Ino simeon Ino Tübel  
Ino Mann Ino Tübel  
Ino, quo son Ino Tübel  
Ino Traueissau Tübel ist in Ino  
Ino, cui in Ino Traueissau Tübel,  
Ino agnissimissim Ino Tübel  
23. / Dissertatio inauguralis theologica  
I. P. Reuschii pro summis in the  
ologia honoribus obtineendis, pae  
sce, F. G. Walchii.  
24. / Diss. Inaug. theol. I. G. Ziering  
pro rite consequendis doctoris  
theologiae honoribus et privile  
giis, praefide F. G. Walchii.  
25. / Diss. Inaug. theol. I. N. Eckardi  
Eckardt, pro capessendis docto  
ris honoribus praef. F. C. Kochero.  
26. / Diss. Inaug. theol. F. F. Hittii  
pro summis in theologia honori  
bus rite obtineendis, praefide  
F. G. Walchii.  
27. / Diss. Inaug. theol. F. L. Zickeli  
pro rite consequendis doctoris

- Theologiae honoribus et privile-  
giis, praefide F. Ch. Koechero  
28. / Disf. Inaug. theol. F. W. Blaues,  
pro summis in theologia hono-  
ribus obtinendis, praef. F. G. Waldis  
29. / Disf. Inaug. theol. C. C. Bagge,  
pro capessendis summis in theo-  
logia honoribus, praefide F. Ch.  
Koechero.  
30. / F. Ch. Koechero invitatio ad a-  
ctum publicum quo inter so-  
lemnia scolaria secunda acade-  
miae Feneris siti octo summi  
et maxime reverendi doctorum  
theologiae titulo ornataur.  
31. / Disf. theol. iubilacea F. C. Wetze,  
in academia Elangensi cele-  
berrima, praefide Chr. Hestio,  
bisseculari conditae almae Salares  
consecrata, praefide R. F. Hestio.  
32. / B. Haueus the specimen iuris  
germanici illustri facultati iuri-  
dice inter Iubilaei II. Feneris  
Academiae solemnia pro impe-  
trando iuria struens licentiati  
gradu.  
33. / Gratulatio gymnasii Lubecen-  
sis illustri academiae Feneris  
iubilaeum celebranti, interprete  
G. H. a Scelen.  
34. / F. W. Schneideri gratulatio ad  
D. S. Baschium, pro summis in  
theologia honoribus quibus or-  
natus est Iubilaco ad Salam Feneris.

35. Ode seculares natali Academiae Jenensis ducenties recesso dictatae.

36. Ode présentées à Messieurs les Docteurs et Professeurs de l'illustre Académie de l'ense à l'occasion des solemnités de son second Jubilé par Henri Frederic Roux.

37. In die Jubilaeum regnante Tübelsa, insu Brigantia yuu  
dum vulnus gaudentias non dura  
Gessuisticis laetioris.

38. Vota Secularia quae pro ea  
Academiae Jenensis sollemni ritu  
nuncupanda iudicat societas  
latina.

39. M. Leube gratulatio in et  
Academiae Jenensis alterum an  
num seculare.

40. Academiae Lubingensis e  
pistola ad Academiam Jenen  
sem.


41. M. Dr. Rennissi Glückschein  
au din Cantus ultro Tübelsa hys  
falls saß zu Tueren unz war friz  
noligau Tongasing das Bladaculi  
tsau Tübelsa hys.

42. A. F. W. Pettemen Juridicum  
iussu facultatis Juridicae pro  
licentia summo in utroq. huc  
hōores co nse quendi in cel. Perrimo  
Talpa, ipso Jubilaco secundo.

43. Acad. Gryphowaldi. gratulatio in  
Acad. Jen. Jenensis Jubilaeum II.







Yc. 486

ULB Halle  
001 976 869

3



sb

M.L. 02.02.04,





CELEBERRIMAE  
ACADEMIAE  
PATRIAЕ  
SECUNDVM IVBILAEVM

OBSERVANTISSIME GRATVLATVR

SIMVLQVE  
PANEGYRICVM  
DOCTORI POMERANO  
FACIENDVM  
INDICIT

IOAN. ACHAT. FELIX BIELKE, IENENSIS.

PHILOS. D. ILLVSTR. COLLEGII GROENING. RECTOR.

ET PROFESSOR REGIVS.

SOCIETATIBVS DVCALI IENENSI, REGIAE REGIMONTANAЕ  
ET REGIAE GRYPHISWALDENSI, DE OMNI ERVDITIONIS  
GENERE OPTIME MERENTIBVS, ADSCRIPTVS.

STARGARDIAE, MDCCCLVIII.